# I./6.

## Graecī Trōiam capiunt



*A híres Laokoón szoborcsoport. Görög márványszobor a Kr. e. 2–1. sz.-ból.*

**A** Frāctī pūgnīs ducēs Graecōrum dē victōriā iam dēspērantēs annō decimō bellī Trōiānī immānem equum dīvīnā Palladis arte aedificābant. Hūc dēlēctōs virōs fūrtim inclūsērunt, et uterum armātīs mīlitibus complēvērunt. Tum sē in lītore dēsertō īnsulae, cuī nōmen est Tenedos, cum nāvibus condidērunt. Trōiānī longō metū līberātī ac fīnem horribilis bellī nēquīquam spērantēs ībant per Dōrica castra, atque falsō cum gaudiō relicta ā Graecīs loca revidēbant. Tum sacerdōs Neptūnī, Lāocoōn ārdēns summā dēcurrit ab arce et procul ait: *„O miserī, quae tanta īnsānia, cīvēs?*